

Die Traditionen des Hochstifts Freising (Ed. Bitterauf), Nr. 585

Convenerunt multi nobiles et veraces viri in locum quae dicitur Heiminhusir Liutpald comes, Liutperht, Paldachar, Ratkis et iudices Managolt, Hahkis, Alpuni, Imidanc, Chuniperht, Eparhart, Situli, Sigiperht, Hugiperht et alii quam plurimi. Ibi accessit advocatus Hittoni episcopi et interpellabat quendam hominem nomine Oadalpald pro causam quam iam olim Hludolfus tradidit ad Frigisingas in loco quae dicitur Sulzareini. Et ipse Oadalpald respondit se non debere hanc causam reddere, eo quod Hludolfus illum cum ipsa causa hereditaret et sibi in hereditatem dimitteret. Et ipse Odoltus dixit Hludolfum non posse cum ipsa causa neminem hereditare quam antea ad sanctam Mariam tradidisset. Et ille negavit dicens, quod numquam antea traditum fuisset ad sanctam Mariam. Proinde praecepit Liutpaldus comes, ut traditionis epistulam demonstrarent. Ibi in praesentia demonstraverunt traditionis firmitatem et testes videntes adstabant. Proinde praecepit eos Liutpald iurare, ut ipsius rei veritatem dicerent et ipsi post iuramentum dixerunt se vidisse hanc traditionem Hludolfum facere. Et veritate et testimonio superatus et iudicibus decernentibus et iusto ordine iudicantibus et omnibus in concilio unanimiter testificantibus convictus et confusus supradictus Oadalpald reddidit ipsam causam in manus Odolti. Isti sunt qui hoc viderunt factum: Liutpald comes. Liutperht. Paldachar. Ratkis. Madalker. Alius Liutpald. Alius Madalker. Reginheri. Perhttolf. Zello. Alprih. Antonio. Egilperht. Alpolt. Arbeo. Unforht. Kysalrih. Deotrih. Isanperht. Engilrih. Aso. Ernust. Deothart. Meio. Engilperht. Amalunc. Reginperht. Âto. Engilhart. Cello. Altolf. Hiltipald. Kipicho. Hunfrid. Arbeo. Jacob. Iudices suprascribti. Actum est hoc in VII. kal. iul. indictione VI. anno incarnationis DCCCXXVIII Hludouuici imperatoris XVI. in secundo anno quo filius eius Hludouuicus rex potestatem Baiouuariorum accepit.

b) Et in IIII. kal. iul. vestivit Oadalpald Odoltum in loco Sulzireini et Piligrimum. Isti sunt qui ipsam vestituram viderunt, Piligrim et Odolt ipsam acceperunt: Paldachar. Jacob. Uuichelm. Hahkis. Reginhart. Kerhart. Isanperht. Unforht. Heriperht. Hiltipald. Ratkis. Eparhart. Cello. Oadalmar. Alius Jacob. Reginperht. Engilrih. Pruninc. Oadalhoh. Helmuni. Cauuuirat. Paldrih.